



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiæ

3. De præcepto audiendi missam diebus festis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

eruile: alio-
qui diebus fe-
storum occu-
pationem per-
fidelium per-
Abb. & Aug.
navi, nonne-
tiam licen-
ra, equospa-
gere (cum si
uare, si com-
iure commo-
per consuen-
cta hinc, mi-
die festo infa-
permittuntur
tuales benefi-
m, item Cr-
ognitionem ex-
s per lesten-
ibetur ab Es-
s causis necel-
personatum,
o de fuga sui
aruis oppidis
bus rusticani
Excommuni-
ra propterea
n iudiciale
oris, non ar-
tra iudicium
die

festi fieri possunt. Contractus V. C. ciuilis iura-
mento confirmatus.

C A P. III.

De precepto audiendi Missam diebus festis.

Missæ diebus festis audiendæ præcepto fideles
obligantur sub mortali postquam ad usum ra-
tionis peruererunt.

Requiritur ad hoc præceptum implendum mo-
bilis acque pia præsentia, nec opus, ut videatur sacri-
ficans modo colligi possit, quid agatur à Sacerdo-
te. Probabilis est sententia quod is satisfaciat,
qui secundum externum corporis habitum Missæ
decenter intersit, licet interna mente Deo aut re-
bus divinis non intendat: Hinc aulici non statim
monialis damnandi si sub sacro nunc fabulentur,
unq; cursum attendant. Horæ etiam possunt ora-
(sub Missa) quia nihil prohibet duabus præcep-
tis uno eodemque actu satisfieri. NB. Etiam
incipiens confessiones hominum sub missa satis-
ficit.

NB. Præceptum Parochi, ut subditi Missam au-
diant in Parochia non obligat: Ratio, quia Epis-
copus non potest tollere ius commune & generale
totius orbis constitutinem.

Trident: tamen monendum ait populum, ut fre-
quenter ad suas parochias, saltem diebus dominicis
& maioribus festis adeant.

Missa Græcorum etiam audiri potest, quando-
quidem illi vitandi non sunt, & secundum ritus su-
os recte sacrificant.

Qui notabilem missæ partem de festo negligit,
non mortaliter. Satisfacit, qui ab Euangelio ad fi-

Hhh 2 nem

nem manet, vel à principio usque ad communionem sacerdotis audit. Amalarius non damna mortalibus, etiam adhuc ab Offertorio audientem: Duriusculum tamen est hominem mortalibus damnare, si adhuc ad Offertorium veniat.

4. Qui à duobus sacerdotibus dimidia missarum successivae audit peccat venialiter, utpote non satis faciens secundum modum & perfectionem præcepti: Excipe nisi impeditus sit, quominus missam integrum ab eodem audiat.

C A P. IV.

*De gravitate huius præcepti quoad viramque
partem & causis excusantibus ab ob-
ligatione illius.*

1. PRæceptum abstinendi ab operibus seruilibus in die festo obligat sub mortali ex genere suo, sed excusat necessitas & pietas: Ratio, quia ista obligatio est secundum virtutem Religionis ad Deiculum & venerationem instituta, ideoque ex genere suo grauis, ob materiæ leuitatem fit venialis V.C. Laborare per horam, cessante scandalo, et quod hora una comparatione viginti quatuor horarum exiguae partis portionem habeat, idque maximè verum in laboribus non nimis fatigantibus V.C. neve per locum necessitas tollit omnem culpam V. C. in ancillis reficienes vestes suas.

2. Obligatio audiendæ missæ diebus festis itidem est sub mortali: non item concio per se loquendo: Qualis autem obligatio ex lege diuina fidelibus in cumbat discendi ea, quæ ad salutem ipsis necessaria sunt dixi lib. 2. Tract. 1. c. 9. n. 3.

Quo